

et igitur sic ignis dilectis dicitur tanto beneficium volens exhibere
 credulitate cordibus hominum applicatus ignis per dilectionis
 modum maxime in illis generat eorum amore unificatio maxime
 incendit et inflammat et omnia alia beneficia vel iudicia sunt
 sunt ac primum modo ad calefaciendum seu inflammandum
 cor humanum beneficium vero incarnationis atque redemptionis
 non solum est sicut mons igneus cordibus nostris inflammandum
 credulitate apponitur immo incomparabiliter maior ignis
 qui est totus mundus si totus arderet. **S**ic enim ma-
 ior est dei filius toto mundo tanto corda hominum magis ca-
 lefacere debet et inflammare per credulitatem eis applicatus
 qui totus mundus corpus unum si totus ardet. **E**t enim filius
 dei beneficium nobis collatum in spiritu volens et pro nobis datus
Non autem per faces et comas alios ignes ad calefaciendum
 corpus calore sensibili hoc per beneficia ad calefaciendum corda
 calore spirituali hic autem calor amor est. **M**anifestum est igitur
 quod si totus mundus arderet modicus ignis esset ad calefa-
 ciendum corpus quoddammodo immo in nulla proportionem comparatione
 huius beneficii ad calefaciendum corda hominum. **M**anifestum est
 igitur quod maior ignis calefaciendus aut inflammandus cor-
 dibus nostris adhiberi non potuit qui beneficium dicitur in carna-
 tionis et passionis hinc autem ipsa sola fides seu credulitas
 eisdem adhibet. **Q**uia vero alia beneficia cordibus aliorum ge-
 nerum applicantur ut diximus nec modice sunt ad
 ipsum ignem manifestum est omnes alias gentes ab amore di-
 vinitus frigiditas esse comparatione sanctorum et idem mortuas esse
 et calor ille solus sit unificans et vitalis. **Q**uia igitur
 nulla peccata que hinc articulo confidit adhibeat ignem
 cordi humano qui ipsum amore dei calere ut ore faciat
 manifestum quod nulla alia credulitas cor humanum unifi-
 cat manifestum est igitur quod sola ipsa fides unificans est. **N**on
 plus quia sola ipsa fides ut diximus et fulamentum spei
 prestat contra tumorem deprecationis et sine amoris necesse quo-
 ad deum trahunt contra pondus peccati eruptionis manifestum
 est quia hac sola fide prestat nobis et fulamentum ne ca-
 damus et adiutorium quo ad deum ascendamus. **H**ec autem est